Quelle: https://manuscripta.at/?ID=925
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



et ipsum filium mortis iudicarent. Nec ipsum mortis periculum absque spali
gra omipotentis dei euadere posse affirmarent. Dicta testis per misteras
et alias mulieres monita fuit ut se beato Leopaldo commendaret et voueret
si super viueret Tumbam suam velle visitare quod et fecit et in corde
suo votum emisit quia non potuit loqui ipsum cum votum ablaccionibus
velle visitare. Et lapsis octo diebus ea ad hunc in grauissima infirmitate
absque loquela existente quadam die dum de beato Leopaldo cogitaret
volens eum si sequeretur visitare prout als in corde suo vouerat appa
ruit ei in visione sua quidam vir magne stature paludis in facie canos
cenes habens alba tunica induta quem bene Leopaldum in sua visione
esse cogitabat qui dixit ei. Surge tu es sana. Que cum hec verba ut
ei apparuit audiuerat statim surrexit et a circumstantibus sine pluribus
quesiuit vbi est beatus Leopaldus quem vidi putauis eum ad hunc in
stuba adesse. Vidistis ne eum. Et hiis verbis completis habitacum
in qua iacuit egressus et postea remeauit. Visa est sana et leta ab omni
bus pluribus. et tota tumefactio sive inflatura colli recessit. Vnde
omnis qui interfuerat admirati valde interrogauerunt quomodo aut quis
eam sanauerit ipsa testis mediantibus respondit beatus Leopaldus
pius Marcchio me sanauit et surrexisse in alios locis absque aliqua
medela infra tres dies pristine sanitati restituta est. Et huiusmodi
votum facta die post dictam visionem leta adimplenit. Gracias
agendi deo omipotenti et beato Leopaldo credens fiduciter ex merito beati
Leopaldi miraculose id accidisse.

Super vicesimo articulo incipiens. Item quod eiusmodi miracula ad
testis examinata dicit articulum esse verum quia propter hoc miracu
lum et alia que facta esse dicunt² denuo ipsi et aliqui aucta sit et
in dies augeatur.

Super vicesimo primo. vicesimo secundo. vicesimo tercio et vicesimo
quarto articulis testis examinata dicit articulos esse veros quia alii
fieri posse non credit et quod hodie ita fiunt².

Et fuit finitum eidem testi ut est moris. Ad

alia commissio
Gaunido de Nuenburgo
demandata fuit

In nomine domini Amen. Anno a Natiuitate
eiusdem Millesimo quadringentesimo Septuagesimo tertio
Indictione Quinta Die vero dominica vicesima octaua mensis iunii
pontificatus sanctissimi in xpo patris et dni dni Sixti diuina pro
uidencia pape Quarti Anno primo in Neuenburg in claustrali patrimo
nio et ibidem in Monasterio beate Marie Virginis ordinis Sancti